



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 46. Quæstionum discussio a Patribus maturata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

petierunt, ut post improvifum nuntium dies ille integer ad deliberandum ipsis concederetur: die autem poftero iterum convocati, cum ad alium cœtum alii etiam Oratores, & quinquaginta ferme Præfules convenirent, Cæfarei responfum reddiderunt, & dixerunt fe confentire. Idem inter ceteros quoque convenit, excepto Comite Lunenfi, qui cum fuis Hispanis Præfulibus, ac tribus Italis firmiter repugnabat.

§. XLVI.

*Quæftionum difcuffio a Patribus maturata.*

Porro totum, quod ufque ad Sefſionem reliquum erat, tempus Præſides, Patresque impendebant, ut decreta ibidem promulganda perficerent, ſecunda vero Decembris die Legati ad generalem conventum deferebant omnia decreta a Cardinale Ofio, aliisque Deputatis concinnata circa Purgatorium, S. Imagines, Reliquias, cultum, & invocationem Sanctorum, nec minus proferebantur articuli, qui difciplinæ reſtaurationem concernebant: cum vero de Indulgentiis paratum non haberetur Decretum, hinc in peculiari cœtu pridie congregato ſtatutum fuerat, ut illud omitteretur, compluribus licet id ægre ferentibus, ac præfertim Cæſa-

*Hift. Eccleſ. Tom. XLVII, F rianis,*

Sæc. XVI.  
A.C 1563.

*Pallav. n. 7.*  
*Et 8.*

Sæc. XVI. rianis, qui tamen postea consenserunt  
A.C. 1563. cum aliter nequiret evitari, ne Galli ante  
 Concilii exitum discederent.

## §. XLVII.

*Primi Legati oratio ad Patres circa  
Synodi exitum.*

*Ragn. n. 208.* Postea Cardinalis Moronus Legatorum  
*Act. MS.* primus de Synodi finiendæ necessi-  
*Congr. Trid.* tate rursus orationem habuit his ver-  
*arch. Vat.* bis conceptam: „Tractata jam sunt ea,  
*Sign. 3196.* „quæ hoc in Concilio magis neces-  
*p. 142.* „sario discutienda videbantur, nam quod  
 „ad fidem spectat, qui primus erat Con-  
 „cilii scopus, ea sunt conclusa, quæ  
 „ad justificationem, & ad Sacramenta  
 „pertinebant, & nostri temporis hæ-  
 „refes certis Canonibus damnatæ sunt:  
 „ipsi vero hæretici, quorum resipiscen-  
 „tiæ, & saluti præcipue consultum oportuit,  
 „sæpe a summo Pontifice, & a vo-  
 „bis ipsis, tum literis, tum certis e-  
 „tiam Nuntiis, & fide publica invitati,  
 „nunquam adduci potuerunt, ut huc  
 „accederent: actum est præterea cum  
 „Principibus, & præsertim cum Cæ-  
 „sarea Majestate, cujus maxime apud  
 „illos debuit esse auctoritas, ut eosdem  
 „ad Concilium adeundum inducerent:  
 „sed frustra omnes adhibitæ sunt per-  
 „suasiones: utinam venissent, & se Con-  
 „cilio, sententiisque nostris submis-  
 „sent: